







A D A M I F R A N C. K O L L A R I I,

Equitis Ungari de Keresztény, Consiliarii actualis aulici, Aug. Bibliothecae  
Directoris et Academice Scientiarum elegantiorumque literarum Theodoro-  
Palatinae Socii extraordinarii

HISTORIAE JURISQUE PUBLICI REGNI UNGARIAE  
A M O E N I T A T E S.

Ad excellentissimum dominum ANTONIUM COMITEM KAROLYI de NAGY-KÁROLY,  
Complurium Herediorum Dynastam, Augusti Imperatoris Jozefhi II. Consiliari-  
um intimum, Diuae M. Theresiae Aug. militaris Ordinis minoris crucis Equitem,  
et unius Legionis Ungaricae Tribunum, etc. etc. etc. VOLUMEN I.-II.  
VINDOBONAE, Typis a BAUMEISTERIANIS. MDCCXXXIII.

I65-I67 oldalig. S E C T I O VII.

COMITATIBUS REGNI UNGARIAE ET EORUM STATU MILITARI VETERI.

VETERIS COMITATUUM INSTITUTI PRAESTANTIA ET FORTUNA.

Caput II. De praecipuis causis, quibus vetus comitatum status seculo unde-  
cimo et duobus proxime sequentibus mirum quantum fuit immutatus.

III. Occasio condendi memorabilis monasterii fuit haec: Divum Stephanum ado-  
lescentem, Geisae patris voluntate, simul ac natus fuit, sacro fonte ablutum,  
et ex religionis christianae disciplinae educatum, post patris mortem a suc-  
cessionem in Ducatu prohibere studebant quidam, quibus ea religionis commuta-  
tio, contempta praeterea, minus probabatur. Conjuratorum Princeps fuit Cupa, Dux  
comitatus Shimegiensis, id est vel Comes, vel Tribunus castrensi-um militum  
ejusdem comitatus, vulgo, ut jam alibi dictum est, Hadnagy appellatus. Contra  
hunc bellum moturus sanctus Rex voto se obstrinxerat, si victoria potitus  
esset, se monasterium Sancti Martini ex proventibus Shimegiensis comitatus  
dotaturum esse, quam dotem etiam, voti sui damnatus, religiose repraesentavit.

IV. Haec eadem paene ipsemet narrat in foundationis suae literis his omnino  
verbis: Praecipueque inquit cum civilis belli ruina urgeret, volente comitatu  
quodam nomine Simighiensi paterna me sede repellere, quid fluctuanti animo  
consilii darem, quamque me verterem, tanta tactus verecundia, adstantibus Du-  
cibus, videlicet Poznano, Cuntio, Orbio, domino quoque Dominico Archiepiscopo,  
votum vovi. Sancta Martine, quod si de hostibus interioribus et exterioribus  
ejus meritis victor existerem, supranominati comitatus decimationem, de om-  
nibus negotiis, praediis, terris, vineis, segetibus, vectigalibus, vinumque hos-  
pitem, quod in praediis eorum excresceret, ne parochiano Episcopo pertinere  
videretur, sed magis abbati ejusdem monasterii, sub testimonio praefactorum  
Ducum multorumque comitum absque ulla mora subjugarem. Etcetera. Hactenus  
Sanctus Rex; quod ejus testimonium nos dubitare non finit, quin Regii proven-  
tus totius illius comitatus, fundatione illa vehementer fuerint diminuti.

V. Discas hoc etiam facilius ex Belae IV. literis, quibus eas Divi Stephani  
confirmaverat, in quibus non solum decimarum Shimegiensium, sed etiam servo-



2./

rum Regionum, a S. Rege eidem monasterio addictorum, immo jobágyonum castrorum quoque sit mentio; Eos servos Cl. Belius ad Registi Varadinensis & VII, recenset ad hunc modum: I./Jobágyones equestres servientes. 2./V.dvornici. 3./Coci. 4./Equestres servientes. 5./Pelliparii. 6./Tornatores. 7./Tavernici. 8./Praecones. 9./Pistores. 10./Sutores. 11./Qui parant martium, alias braxatores dicti. 12./Fabri. 13./Carpentarii. 14./Statores. 15./Jobágyones liberi. 16./Agazores. 17./Curriiferi. 18./Buckari. 19./Vinitores. 20./Pulsatores. 21./Pastores ovium. 22./Libertini. 23./Piscatores. 24./Subulci. 25./Venatores. En! unius coenobii ministeria.

O és UJ DIAETETICA az az: AZ ÉLETNEK és EGÉSSÉGNEK FENNTARTÁSÁRA ÉS GYÁMOLGATÁSÁRA ISTENTŐL adattatott nevezetesebb Természeti Eszközöknek a szerint való elé-számlálása, a mint azokra reá kaptak, és eleintől fogva mind ez ideig magok károkra vagy hasznokra vélek éltek az emberek. -Mellyben HAT DARABOKRA intézve, a maga elébbi Diaeteticájának Első Darabját bővebben ki-magyarázta; és sok ide tartozó régi Szokásokkal s jeles történetekkel meg-világosította, s egyszer-smind a Természetnek Szentséges helyeire-is maga Feleinek sok helyeken a jeget megtörte; úgy hogy, ennyi részben, e-munka Természet Historiája gyanánt-is szolgálhasson, K. MÁTYUS ISTVÁN. M. D. Nemes Küküllő és Maros-Székből egyesült Vármegyének R. Physicusa. Symbolum Solt. CIV. -Ötödik darab. -POSONTBAN. Füstkuti Landerer Mihály költsé-gével és betűivel. -M. DCC. LXXXII.

ÖTÖDIK KÖNYV. AZ ITALROL.

Harmadik rész. A borról.

I27. oldal. A Somogyi szőlők régisége.

Első emlékezet vagyon, tudtomra, Magyar Országban a Sirmiumi szőlő-hegy után a Simigi, vagy Somogyi szőlőkről; mellyeknek dézmáját Szent István Király 999-ben, ha a Kupa ellen való menetele szerentsés lészen, a Szent Márton, vagy Pannonia hegyén fundált Apáturságnak igéri, ezen szókkal: De omnibus negotiis praesis, terris, vineis, segetibus, vectigalibus, vinumque hospitum quod in praediis eorum excresceret. s. a. t. -A melly Dotatiót 1002-ről, azon Apáturságnak Archivumában most-is meg-lenni mond Szegedi Not. et Crisi ad. Decret. Regum Hungariae. T. I. p. 59.

